VI. Responsio eiusdem synodica ad quaestionem de Nuptiis sexto gradu. Quaestio incipit: Ἀρχῆθεν ὁ σοφὸς δημιουργός f. 33. Responsio inc. Ἡ μετριότης ἡμῶν καὶ ὅτε πρώτως f. 34.

VII. Sentential de synallagmate Protovestiarii Imperatoris Comneni et filiae τῆς βραβαίνης etc. Inc. Ἡ μετριότης ἡμῶν f. 34 v.

(Nicetae), Episcopi Amaseni, de Nuptiis sexto gradu sententia. Inc. Αἰδοῦμαι καὶ σεβάζομαι f. 34 v.

Ex epistola S. Germani Patriarchae, de nuptiis concessis et prohibitis. Inc. Ταῦτά σοι παραδηλοῦμεν f. 35.

Ex Amastrensis episcopi, Nicolai τοῦ καλοήθους, ad Demetrium Comnenum epistola. Inc. Λέγεται ὡς ἡ σὴ θυγάτηρ f. 35.

Subscriptio librarii, quae in fronte codicis legitur, et quidem post prolixam Nicetae Panopliae dogmaticae inscriptionem, f. 1: Ἐκ τῆς βιβλιοθήκης εὐδοκίμου καὶ φιλολόγου Ἰωάν, Σαγκτανδρέως (sic) Πατρικίου παρισίου. Μετέγραφεν ἐν κλεινῆι παρισίων Λευκετίαι τῆι τῶν φράγκων μητροπόλει, Πέτρος Μόρηλλος Τούρων. μεταγειτνιῶνος μηνὸς ἔνῃ καὶ νέα α'φ'ξ'.

67. Chart. in 8, ab eodem Petro Morello, qui superiorem codicem descripsit, anno 1562 exaratus, foliis aliquot in fine exceptis; fol. 277. Olim Alexandri Petavii, qui folio praevio indicem in Nicetae tantum libros addidit. V. cod. 66.

(Nicetae Acominati Choniatae Panopliae dogmaticae tomi III, V-X, XV, XVII-XXII, XXV), cum lemmatis in margine a librarii manu. Disiecta et hic Nicetae membra in unum colligemus: — Tom. III. De Incarnatione Verbi. Inc. Φησὶν ὁ Δαβὶδ f. 1. Monet in clausula Morellus coepisse se hunc librum transcribere VI kal. April. 1562, « *quem hodie Non. April. absolvi, quintumque sum aggressus* » etc. — V. Adversus Arium, Aëtium et Eunomium. Inc. Ἄρειος λίβυς ὢν f. 17. In fine nota Morelli: « *Absolvi 14 Cal. Maii 1562, 4° die a Caroli q. in urbem Lutetiam ingressu. Eodem die aggressus sum tomum 22* περὶ τῶν ἀζύμων *fol. 356 v.* ». — VI. De Macedonio pneumatomacho. Inc. Ἐντεῦθεν δὲ τά f. 125 v. — VII. De Apollinaristis. Inc. Ἀπολινάριος Ἀλαξανδρεύς f. 143. — VIII. De haeresi Nestoriana. Inc. Νεστόριος ὥρμητο f. 149. — IX. De Eutychete. Inc. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας f. 155. Inest Leonis Magni epistola, dicta στήλη ὀρθοδοξίας, ad Flavianum Patr. CPolitanum f. 166 v. — X. De sexta Synodo sub Iustino Imp. Inc. Περὶ τῶν συμβάντων f. 171. Continet etiam hic tomus Ioannis Hierosolymitani ad Ioannem CPolitanum epistolam. — XV. Synodus sexta adversus Monotheletas. Inc. Αὕτη συνέστη ἐπὶ Κωνσταντίνου βασιλέως τοῦ Πωγωνάτου f. 179 v. — XVII. De Armeniorum haeresi, ad avunculum Imperatoris Armeniam petiturum una cum Theodori Lascaris filia Lebunae desponsanda. Inc. Ψυχαὶ τῶν πραγμάτων f. 187. Inseruntur (f. 192 v.) Manuelis Comneni ad Armenios litterae, in quibus Theoriani orthodoxi cum Armeniorum exarcha disputatio: cod. Διάλεξις Θεωριανοῦ ὀρθοδόξου πρὸς τὸν καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων. — XVIII. Contra Paulicianos, excerpta ex Photio. Inc. Σαμόσατα πόλις

f. 221 et 267. — XIX. Contra Bogomilos. Inc. Βὸγ μὲν ἡ τῶν Βουλγάρων γλῶσσα καλεῖ τὸν Θεόν f. 225. — XX. De Agarenorum superstitione. Inc. Ἔτι δὲ καὶ ἡ μέχρι f. 227. Inter hunc tomum et sequentem interponuntur: I fragmentum περὶ Λυζίκου, quod inc. Ἰστέον ὅτι Γρηγόριος ὁ ἀρχιεπίσκοπος Σικελίας (qui Methodii Patriarchae CPolitani vitam conscripsit). II Tractatus, quomodo recipiendi Saraceni, qui ad Christianorum fidem se convertunt f. 230 v. — XXI. De Processione Spiritus Sancti, contra Latinos. Inc. Ξένη τίς ἐστιν f. 77. Huic tomo inseruntur sequentia: I NICOLAI, Methonensis episcopi, libellus ad Latinos, de Spiritu Sancto etc. Inc. Βασιλεῦ οὐράνιε f. 80. II Eiusdem summa argumentorum eadem de re. Inc. Ὡμολογημένου f. 115. III De eodem argumento, adversus Latinos. Inc. Τὸ περὶ τοῦ ἁγίου f. 94. IV PHOTII de Spiritu Sancto epistola encyclica. Inc. Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο f. 104. V Ex GROSOLANI, episcopi Mediolanensis, libro ad Alexium Comnenum, eadem de re. Inc. Διηγήσατό μοι f. 105 v. Sequitur PHURNAE ad eundem responsio. Inc. Χρὴ τῶν Μεδιολάνων f. 107 v. VI Ex THEODORI Smyrnaei Curopalatae de Azymis et de Spiritu Sancto tractatulo. Inc. Ἀλλὰ γὰρ ληπτέον f. 110 v. VII EUTHYMII ZIGABENI contra Latinos capita XII. Inc. Εἰ ἁπλοῦν μὲν τὸ πνεῦμα f. 114. — Tom. XXII. De Azymis, contra Latinos. Inc. Τὸ περὶ τῶν ἀζύμων f. 50. Inseruntur varia de eadem re opuscula: I NICOLAI Methonensis. Inc. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον f. 51. II STETHATI monachi, cognomento EUTHYMII ZIGABENI. Inc. Εἰ ἔστι σύνθεσις f. 63. III MICHAËLIS, Patriarchae CPolitani. Inc. Ἐν ταῖς ἱερουργίαις f. 75. IV Ex eiusdem ad Patriarcham Antiochenum epistola. Inc. Οἶδας τοίνυν ὅτι f. 75 v. — XXV. In illud: Pater meus maior me est. Inc. Ἔκθεσις τῶν πραχθέντων f. 234. Deest finis et folium in medio.

68. Chart. in 4, saec. XV, fol. 70.

OECUMENII, Triccae episcopi in Thessalia, in Ioannis Apocalypsin commentariorum Synopsis σχολικὴ brevissima. Inc. Ὅτι καὶ τοῦτο τὸ σύγγραμμα μύησις τοῦ αὐτοῦ f. 1. Opusculum in capita LXXI distinctum, quorum index f. 5 habetur.

ARETHAE, Caesariensis episcopi, Synopsis σχολικὴ ANDREAE, Caesariensis pariter episcopi, commentariorum in Io. Apocalypsin. Inc. Ὅτι τὴν πᾶσαν πραγματείαν f. 12. Synopsis perexigua.

IOANNIS Apostoli et Evangelistae Apocalypsis f. 13.

69. Chart. in 4, saec. XVI, constat fol. 18, quae alia duodecim excipiunt sine ulla scriptura. Olim Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis.

S. HIPPOLYTI, episcopi et martyris, oratio de mundi consummatione, de Antichristo, Christique altero adventu. Inc. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μακάριοι προφῆται f. 1.

Nomina mensium apud Hebraeos, Aegyptios et Macedones. Inc. Σαβάτ, Τυβί, Αὐδοναῖος f. 18 v. — Apud Atticos et Romanos. Inc. Γαμηλιών, Ἰαννουάριος f. 18 v.

70. Chart. in 8, a. 1544 exaratus; fol. 18, quae alia excipiunt sexdecim vacua. Folio primo, recto, leguntur haec: Κλαυδιονος (sic, omisso accentu) ἀπὸ τῆς σχωρχῆς κὶ (l. καὶ) τῶν αὐτοῦ φίλων.

(Lectiones sacrae, ad dies festos accommodatae, ex libro qui Graecis Ἀπόστολος seu Πραξαπόστολος nuncupatur). Distinctae sunt in columnas tres, quarum prima textum graecum, altera versionem latinam, tertia textum graecum latinis expressum litteris, non omissis accentibus, exhibet. Lectio prima, in Dedicatione templi, ex Pauli ad Corinthios epistola (I. 3, 8), sic incipit: (Col. I) Ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον f. 1 v. (Col. II) Unusquisque suam mercedem accipiet iuxta suum laborem. (Col. III) Hécastos dè tòn g̃nidion (sic) misthòn lípsetœ catà tòn g̃nidion xópon (sic) f. 1. Triplex columna non pergit ultra folium 9 v.; exinde una tantum habetur, spatio amplo ad duas deficientes supplendas relicto.

Folio 9, ima pagina, subscriptio: ε', κ'ζ' ͵αφ'μ'δ; et f. 18: ι'β', κ'δ' ͵αφ'μ'δ'.

71. Chart. in 4, saec. XV et XVI, fol. 94, quorum plura in medio codice vacua. Olim Alexandri Petavii, Pauli f., ut ex scriptura indicis liquet, qui folio praevio, a tergo, legitur. Plura in codice, madore maculata et aetate consumpta, oculos effugiunt. Alicubi correctiones et additamenta in margine.

Synesii Cyrenaei opera VI:

I. (De dono astrolabii, ad Paeonium) f. 1.

II. Calvitii encomium f. 5.

III. Aegyptius, seu de providentia, libri II, f. 20, 32 v.

IV. De regno, ad Arcadium Imp. f. 39. Inter verba ὅταν ἀγνοῇ τῆς τέχνης τὰ ὄργανα et seqq. πῶς ἐπιστήσεται χρῆσθαι reliquit scriba spatium vacuum, etsi in editis nihil desideratur. Folio 49 v., e regione verborum ἐπεὶ τὸ μὲν σῶμα συνέταξεν (Migne, P. G. col. 1101 B) scholion legitur inscriptum ἐξήγ(ησις) Μιχαὴλ Αυγίζου, quod inc. Τὰ σώματα ὕστερα κατὰ τὸν Πλάτωνα τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς etc. Aliud etiam scholion habetur f. 50, in ima pagina. Mutilus est in fine liber de regno, qui verbis clauditur καὶ μεταπεσοῦνται... (M. 1103 C). Sequentia enim finem continent epistolae CLIV eiusdem Synesii ad Philosopham magistram. Inde patet plurima deesse folia inter 50 et 51, quae Synesii epistolas olim complectebantur.

V. De insomniis, cum glossis inter lineas et commentario, in foliis tantum quinque prioribus. Ἑρμηνεία inc. Ὥσπερ τὸ τοῦ βασιλέως f. 52.

VI. Dio, seu de suo ipsius vitae instituto f. 65.

LEONIS SAPIENTIS (vaticinium de CPoli), versibus iambicis. Inc. Αὐλὴ Βύζαντος, ἑστία Κωνσταντίνου f. 71 v.

(Anonymi epistolium). Inc. Ἀλλὰ καλὸν μὲν ἀδελφὸν ἐπένθεις f. 71 v.

LIBANII ad Tatianum epistola. Inc. Ἔδει τὴν βουλὴν ἡμῖν f. 76 v.

GREGORII NYSSENI: Quod sanctificatus panis in corpus Dei Verbi transmutetur, quodque necesse sit, participare eum humanam naturam. Inc. Ὥσπερ οἱ δηλητήριον f. 77. Integrum fragmentum, ex magno Gregorii Catechetico petitum, excipiunt folia 79-81 sine scriptura, nisi quod f. 80 v. haec leguntur: Εἰς τὸν ἐπιφανέστατον καὶ αἰδεσιμώτατον Κάρολον πανιερώτατον Καρδινάλιν Λοταριγγίας, Κωνσταν... nec plura.

EPIPHANII, Cypri episc., ad Diodorum Tyrium (vulgo Tarsensem), de XII gemmis (epistola). Inc. Ἤτησας, τιμιώτατε f. 82. Sequuntur folia 87 v.-88 sine scriptura, paucis exceptis.

Scholia anonymi in Gregorii Naz. encomium S. Athanasii. Inscr. Σχόλια τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου ἀθανασίου! Inc. Ὁ εἰς τὸν μέγαν οὗτος Ἀθανάσιον λόγος f. 89. Fine mutila, des. καὶ τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς διάθεσιν· θάττονα...

Scholia in (eiusdem) orationem in funere S. Basilii. Inc. Μετὰ τὴν ἐξέλευσιν αὐτοῦ f. 93 v. Pauca supersunt. Des. ὡς οὐκ ἄλλος τις τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἑαυτοῦ... Ultimum folium cum media pagina praecedentis scriptura caret.

72. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 18, quae totidem alia excipiunt sine scriptura.

IO. CHRYSOSTOMI in venerandam Crucem homilia. Inc. Τί εἴπω; τί λαλήσω; τίνας ὑμᾶς καλέσω f. 1. Dubium an Chrysostomi.

SOPHRONII monachi, postea Hierosolymorum Patriarchae, oratio de veneranda et vivifica Cruce, media Quadragesimae hebdomada habita etc. Inc. Οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες πολλάκις μέν f. 12.

Ex CASSIANI Asceticis etc. Inscribitur: Ἐκ τῶν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Κασσιανοῦ ἀσκητικῶν, μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἰατρικῶν δόσεων, εἰς τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἐντείνουσα. Inc. Ἔλεγον οἱ τῶν ἀσκητῶν μετερχόμενοι βίον f. 18.

73. Constat hic codex partibus binis, quarum prior librum continet Parisiis per Conradum Neobarium a. MDXL typis impressum, qui Apostolorum complectitur canones et conciliorum. Quod opus Francisco Turnonio Cardinali a Iohanne Tilio Engolismensi inscriptum fuisse, ex praefatione compertum est. Pars altera, pariter chartacea in 4, manu saec. XVI scripta est. Prioris folia sunt numero 115; alterius 116-242.

(GELASII CYZICENI) Syntagma actorum concilii Nicaeni, (sive historia ecclesiastica), libri II. Primus inc. Τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην f. 116. —

Alter, de Ecclesiarum pace, devicto ab Imp. Constantino impio Licinnio. Inc. Κωνσταντῖνος τοίνυν πάντων γενόμενος ἐγκρατὴς f. 135.

74. Chart. in 4, saec. XV-XVI, fol. 44. Olim Alexandri Petavii, Pauli f., senatoris Parisiensis, anno 1647. Litteras initiales omisit rubricator.

GENNADII SCHOLARII, Patr. CPolitani, homilia de Fide orthodoxa, hortatu Amurae Sultani Machumeti, ipsoque praesente habita. Accedit versio turco-arabica ab Achmate, Berrhoae praetore, qui Machumuthi Zelebi τοῦ ἀντιγραφέως pater fuit (ὑπὸ τοῦ Ἀχμὰτ καδῆ Βεῤῥοίας τοῦ πατρὸς Μαχουμοὺθ Τζελεμπὶ τοῦ ἀντιγρ. Versio graecis expressa litteris inc. Ἴχτι κατουμοῦς μπουνοῦν οὐ ζουριτέτουρ (sic) f. 1. Ita comparatus est codex, ut singula capita graece scripta excipiat versio turco-arabica.

Synodus adversus Chrysostomum coacta. Inc. Ἐν ᾗ ὑπῆρχον κατάρχοντες Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας f. 23.

INNOCENTII I Papae ad Arcadium Imp. de Chrysostomi exsilio et morte epistola. Inc. Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου f. 30 v.

CHRYSOSTOMI ad Cyriacum Episc. epistola. Ἤκουσα γὰρ περὶ τοῦ λήρου Ἀρσακίου ἐκείνου f. 39.

IULIANI APOSTATAE ad Basilium M. epistola. Inc. Τὸ ἔμφυτόν μοι ἐκ παιδόθεν γεληνόν f. 39 v. — Responsio BASILII ad eundem. Inc. Μικρά σοι (cod. μικρᾶσι!) τὰ τῆς παρούσης τύχης f. 41 v.

75. Membr. in 4, in Calabria circa a. 982 a Symeone presbytero exaratus; fol. 101, quorum 9-101 binis scripta columnis. Scriptura alicubi supra lineam, quae ipsa saepe deest. Vocales υ, ο, ω supra consonantem positae = ου, ον, ων. Hic illic titulorum versio latina saec. XVI. Inscriptiones pleraeque rubris litteris, constanter uncialibus, accentibus omissis. — Folio praevio, nullo signato numero, insunt Troparia quaedam, quae inc. Ὦ τύμβε πικρέ, eadem, qua reliquus codex, manu scripta. A tergo leguntur haec: ἔ ,ς̄: ῦ ς̄ κατα(βαίνει ὁ φράγ)κος εἰς καλαβρία(ν) καὶ συνκρούει των (sic) σαρακην(ῶν) καὶ κατασφάζει λᾶ (= λαὸν) πολύν· καὶ στρέφεται ὁ φράγκος ἐπιιταλίας (sic) καὶ ὁ ἰσμαὴλ ἐπασίαν (ἐπ' ἀσίαν) μηνι ἰουνιω ἰνδ(ικτιῶνος): ῑ. Sequitur versio latina saec. XVI addita, cum adnotatione.

(Fragmentum Euchologii):

Officium τοῦ ἁγιασμοῦ τῶν ἁγίων Θεοφανίων. Inc. Ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς f. 1.

Officium in Nuptiis. Inc. Εἰσέρχονται οἱ νυμφίοι f. 5 v.

Canon lectionum omnium (cod. απαναναγνωσματα), quae tempore Quadragesimae recitantur. Prima lectio ex Exodo, mense Septembri, in festivitate exaltationis S. Crucis. Inc. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις f. 9.

Subscriptio librarii, partim litteris uncialibus, partim minusculis, f. 101: † μνησθ(ητι) κ(υρι)ε ☩ σῶ || δουλω: συμεῶν || ἐλαχίστω πρεσβυ || τέρω: ἀμήν :·: || Pergitur litteris minusculis: ἐγραφη ἐιστοναλβιϛ εχ′? χωρὶ τησάγιας || παρασκευης: καὶ πα || ρακαλῶ καὶ δεομαι || τοὺσπαν εὔχεσθαι || ὑπὲρ ἐμου του ἐυτε || λους τὸν ὑπερ παντας || ἁμαρτωλ°· ἵν ατυ || χω (ἵνα τύχω) ελεον ἐν τη ἡμερα || της ἀνταποδωσεως (sic): accentibus plerisque omissis. E regione subscriptionis, in altera columna, legitur poëmatium iambicum, quod inc. Ἀρχῆς καλῆς, κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος.

76. Membr. in 8 min. saec. XVI, manu fortasse Pinelli exaratus; fol. 39. Olim Alexandri Petavii, ut ex indiculi latini scriptura apparet, qui folio secondo praevio, a tergo legitur.

(Epistolae SS. Petri et Iacobi, ex recensione Euthaliana). Cf. infra cod. 179.

S. Petri epistola catholica I f. 4. Praemittuntur: I Ὑπόθεσις, quae inc. Ἐπειδὴ ὁ Πέτρος τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ οὖσιν Ἰουδαίοις f. 1. II Index capitum. — Epistola II f. 18. Praeeunt: I Ὑπόθεσις, quae inc. Ἐπειδὴ καὶ ταύτην πάλιν αὐτὸς ὁ Πέτρος f. 15 v. II Index capitum f. 17.

S. Iacobi epistola catholica, de patientia, sincera fide et humilitate, ad divites f. 28 v. Hypothesis inc. Ταύτην ἐπιστέλλει αὐτὸς Ἰάκωβος τοῖς ἀπὸ τῶν δέκα φυλῶν f. 26. Index capitum f. 27.

Folio ultimo, pariter membranaceo, nullo signato numero, legitur nomen, eleganti scriptum manu, ab illa librarii prorsus diversa: Ἀνθόνιος (sic) ὁ Διζομαῖος.

77. Chart. in 12, pagg. (non fol.) 701. Absolvit a. 1598 David Wagnerus. Folio praevio leguntur haec: *Illustrissimo ac generosissimo dn. Iohanni Haringtono, equiti de Balneis, Iohannis Haringtoni, Baronis de Exton haeredi ac F. unico, hunc commentarium Graecum in Paroemias Solomonis, interpres David Hoeschelius Augustanus grati animi ergo dedit 3 Cal. Iulii, A. 1609.*

Catena Patrum in Salomonis Proverbia, cum interpretatione latina Davidis Hoeschelii. Praefatio inc. Σοφὸς μὲν ὁ Δαβὶδ καὶ πεπαῤῥησιασμένος, εἰπών p. 2. — Argumentum inc. Αἱ παροιμίαι περιέχουσι παίδευσιν ἠθῶν p. 22. — Comm. inc. Ἰστεόν ὅτι τρεῖς εἰσὶ τοῦ σοφωτάτου Σαλομῶντος αἱ πραγματεῖαι p. 22.

Laudantur: Apollinaris, Basilius, Chrysostomus, Clemens Alexandrinus, Cyrillus, Didymus, Diodorus, Epiphanius, Eusebius, Evagrius, Eustathius, Eustathius Antiochenus, Gennadius, Georgius, Gregorius Naz., Hippolytus, Ioannes, Iulius, Olympiodorus, Olympiodorus Apamensis, Origenes, Philo, Polychronius.

Subscriptio in fine codicis: *Absolutus hicce Proverbiorum liber pridie Calend. IXbr. Ann. à Christo nato MDXCVIIJ. à Davide Wagnero August. Vind. avidiss. calamo ex ore Dn. M. Davidis Hoeschelij Aug. Gymnasij ad D. Annam Rectoris dignissimi praeceptoris fideliss.* — Et infra: *Quem ille librum ex Bibliotheca Monacensi transcriptum ab Hieronymo Giengero Aug. obiter latinè vertit.* Τέλος καὶ δόξα Θεῷ.

78. Bombyc. in 8 min. saec. XIII-XIV elegantissime scriptus; fol. 213, quorum ultimum, blattis exesum, ne deperditum iret, charta a tergo partim obduxit bibliopegus, non sine scripturae detrimento. Olim Alexandri Petavii anno 1647. — Folio praevio recto Canonem Paschalem addidit manus recentior; a tergo legitur sententia minio descripta eadem manu quae codicem exaravit. Inc. Μὴ ἀποπαίνου (l. -παύου) μανθάνειν κανλίαν (κἂν λίαν) φρόνιμος τυγχάνῃς etc.

Ioannis, cognomento Scholastici (vulgo Climaci), Montis Sinai abbatis, liber asceticus (Scala paradisi), in gradus XXX distinctus. Gradus primus, de Abdicatione vitae saecularis f. 8. Trigesimus, de Vinculo triadis virtutum (fidei nempe, spei et caritatis) f. 179. Gradus litteris minio depictis in margine enumerantur. Dicuntur modo λόγοι, modo ἀναβάσεις, βαθμοί, βάσεις. Climaci Scala libro clauditur ad Pastorem f. 184. Praemittuntur: I Epistola Ioannis Rhaitheni ad Ioannem Climacum f. 1. — II Climaci praefatiuncula, quae inc. Τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ f. 2. — III Index in XXX gradus minio depictus f. 2. — IV Vita Ioannis Climaci a Daniele Rhaitheno per compendium conscripta f. 3. — V Responsio Io. Climaci ad Ioannem Rhaithenum f. 6.

S. Stephani Syncelli, ac metropolitae Nicomedensis, Exegesis de tribus animae partibus. Inc. Ὅτι τρία μέρη τῆς ψυχῆς· λογισμός· θυμός· καὶ ἐπιθυμία f. 200.

S. Basilii, de Ascesi, Quo se debeat pacto excolere et ornare monachus. Inc. Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων f. 203.

S. Maximi Capita salutaria. Inc. Εἰ πάντα τὰ ὄντα f. 205. Est ecloga capitum.

S. Nili sententiae vitae utiles. Inc. Φόβον Θεοῦ ἔχε καὶ πόθον f. 212. Ultimum folium lacerum, cum scripturae iactura.

Clauditur codex orbiculo duplici minio depicto, cui signum crucis superponitur. Inter maiorem et minorem inscribuntur, litteris uncialibus, verba: ταπεινοῦ Νείλου τοῦ ῥακενδύτου. In medio circulo minore effingitur taurus furens.

79. Membr. in 8 min. saec. XIII, elegantissime quidem, sed mendosissime scriptus; fol. 307, quorum nonnulla aquis male habita.

Olim Nicolai Heinsii. — Folio praevio chartaceo leguntur haec: *Ampliss. viro D. J. Rutgersio, serenissimi Regis Suetiae apud illustriss. ordines foederati Belgii legato, observantiae suae qualecumque pignus DD. Andreas Rivetus.*

Apostoli (i. e. lectiones Apostolicae). Inscriptionis pars sigillo solito bibliothecae Vat. obtegitur. — Lectio prima, die festo τῶν ἀσωμάτων, ex Paulo ad Hebraeos. Inc. Ἀδελφοί· εἰ ὁ διάγέλων (δι' ἀγγέλων) λαληθεῖς (sic) λόγος ἐγένετο βέβεως (βέβαιος) f. 1. Lectionibus praemittuntur, ut solet, προκείμενα et στίχοι.

(Evangelium quadruplex), cum solitis argumentis capitumque divisionibus, et alicubi stichorum numeris. Sunt et glossae inter lineas. — Matth. f. 9. — Marc. f. 92. — Luc. f. 145, στίχοι ͵βω̄. — Ioann. f. 233, στίχοι ͵βτ̄.

Synaxarium Evangeliorum per totum annum. Incipit a Dominica Paschatis, et quidem ab Evangelio Ioannis f. 300.

80. Membr. in f. saec. XV, binis scriptus columnis; fol. 139. Olim Pauli Petavii *in supr. Fr. Parlam. Consiliarii,* qui folio praevio indiculum rerum conscripsit. Inscriptiones in fronte et in fine singulorum operum.

(Plutarchi opera moralia), cum indice accurato in fine codicis, ex quo ab initio deesse libros XXVII evincitur:

I. (Convivium VII sapientum) f. 1. — II. De Iside et Osiride f. 4 v. — III. Mulierum virtutes f. 13. — IV. Praecepta coniugalia (ad Pollianum et Eurydicem) f. 18 v. — V. Ad principem ineruditum f. 20 v. — VI. De carnium esu, libri II f. 21 v., 22 v. — VII. De Fato, cum variis lacunis; fine mutilus liber f. 23. Des. τὰ δὲ καθ' ἕκαστα τούτων αὖθις μέτιμεν (sic) ... Folium 25, paucis exceptis, et 26 sine scriptura. — VIII. Quaestiones Platonicae, initio mutilae. Inc. ... τοῦ νοητοῦ μόνον ἐστὶν ὁ νοῦς f. 27. — IX. De musica f. 29. — X. Compendium (libri deperditi, cui argumentum et nomen fuit): Stoicine an poetae absurdiora dicant f. 33. — XI. De comparatione Aristophanis et Menandri, compendium f. 33 v. — XII. De psychogonia (seu animae procreatione) in Timaeo Platonis, compendium f. 34. — XIII. Ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta f. 34 v. — XIV. An recte dictum sit, latenter esse vivendum f. 39. — XV. An vitiositas ad infelicitatem sufficiat f. 40. — XVI. De amore prolis f. 40 v. — XVII. De invidia et odio f. 41 v. — XVIII. De monarchia, democratia et oligarchia f. 42. — XIX. Amatoriae narrationes f. 42 v. — XX. Quaestiones naturales f. 43 v. Liber fine mutilus des. μηδὲ προστίθεσθαι, μηδὲ μέρος εἶναι τοῦ φυ..., spatio ad implendam lacunam praegrandi relicto. — XXI. De placitis philosophorum physicis, libri V, cum lemmatis in margine et capitum numeris. Singulis libris suus prae-

mittitur index. Lib. I, capp. XXX, f. 46. V, capp. XXIX, f. 53. — XXII. De virtute morali f. 55. — XXIII. De primo frigido f. 58. — XXIV. Virtutem doceri posse f. 61. — XXV. De fortuna Romanorum f. 61. — XXVI. De Alexandri fortuna seu virtute, libri II f. 64, 65 v. — XXVII. Praecepta politica f. 68 v. — XXVIII. Apophthegmata regum et imperatorum f. 75 v. — XXIX. Apophthegmata Laconica f. 85. — XXX. Parallela Graeca et Romana f. 93 v. — XXXI. Quaestiones Romanae f. 97. — XXXII. Quaestiones Graecae f. 104 v. — XXXIII. Liber (seu vitae) X oratorum f. 108. — XXXIV. Bruta (animalia) ratione uti f. 113 v. — XXXV. Non esse mutuum petendum f. 115 v. — XXXVI. De repugnantiis Stoicorum dogmatum f. 116 v. — XXXVII. Terrestriane an aquatilia animalia sint callidiora f. 123. — XXXVIII. De EI Delphico f. 129. — XXXIX. De defectu oraculorum f. 131 v.

Subscripsit librarius: δόξα ὁ θεός· δόξα σοι † ἁγία τριὰς βοήθει ἡμῖν. Clauditur demum codex indice rerum absoluto, quo docemur plurima ab initio deesse folia, alia XVII scripta Plutarchi moralia continentia, quorum primum: De virtute et vitio, vigesimum: An seni respublica sit gerenda.

81. Chart. in f. mai. f. 297. Exaravit Franciscus Cladus (non Cladius) Cretensis a. 1551. Olim Nicolai Heinsii, Danielis filii.

(Nonni Panopolitani) Dionysiacorum libri XLVIII. Bipartiti sunt in codice, ita ut pars utraque libros XXIV complectatur f. 1-139; 144-284. Utrique parti praemittuntur ἐπιγραφαί metricae, quarum prima inc. Πρῶτον ἔχει Κρονίωνα φαεσφόρον ἅρπαγα νύμφης (cod. ἁρπαγανύμφης); ultima: Δίζεο τεσσαρακοστὸν ἐς ὄγδοον αἷμα γιγάντων.

Subscriptio librarii f. 297 v.: ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς φραγγίσκου κλάδου τοῦ κρητός· ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας ͵αφναʹ ἀπριλλίου κα.

82. Chart. in f. saec. XVI, fol. 166.

Claudii Ptolemaei Geographiae libri VIII, cum schematis, et indice in singulos libros.

Lib. I f. 1. — VIII f. 148.

83. Chart. in f. fol. 245, quorum 1-156 saec. XV; reliqua ab alia manu, fortasse saec. XVI exarata. — Foliorum priorum margines madore deturpati.

Strabonis Geographicorum libri XVII, praevio indice generali, et cum argumentis in singulos. In decem prioribus omisit rubricator primas initiales et titulos. (Lib. I), f. 2. XVII, f. 232 v.

Subscriptio anonyma metrica f. 245: Inc. Ἐνθάδε τέρματ' ἔθηκε γεωγραφίης περιμέτρου || γαίης δινεύσας κύκλα πολυπλανέος || Στράβων ἀμερίων καὶ ἄσπετα φύλ(λ)α χαράξας· || κείνω μὲν αἰὲν τῆς σφετέρης σοφίης || ἀγλαίη καὶ

κῦδος ἅμ' ἕψεται· αὐτὰρ ἔγωγε || μάρτυρα γράμμα τόδε σπαρτιάταο πόνον || ἕξω ἥμισυ βίβλου, ἧς χερὸς ἔμμεν' ἀεῖδον || ξυνὸν ἀθηναίης ἔργον ἰδ' ὑμνοπόλου.

84. Chart. in f. saec. XVI, fine mutilus, fol. 40. Olim Dionysii Corsinii.

PROCOPII Caesareensis Historia bellorum Gothicorum, in tomos IV distincta. Sic codex, qui tamen libros duos tantum priores praebet. — Lib. I inc. Τὰ μὲν ἐν Λιβύῃ πράγματα f. 1. — Lib. II, fine mutilus, des. οἷς δὴ ἐπέστησεν· Ἀρτασίνην τε ἄνδρα Πέρσην... Inscribitur hic liber: Ἀρχὴ τῆς ἕκτης ἱστορίας Προκοπίου f. 39 v.

85. Chart. in f. saec. XVI, fol. 271. Olim Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis, a. 1641. Folia aliquot aquis inquinata. Titulos plerosque omisit *rubricator*.

DIODORI SICULI Bibliothecae historicae libri XI-XV, praevio in singulos rerum indice. — Lib. XI, f. 2. — (XII), f. 50. — (XIII), f. 96 v. — (XIV), f. 160. — (XV), f. 222.

86. Chart. in f. saec. XV-XVI, fine mutilus; fol. 222. Lemmata graeca in marginibus, minio depicta, ut et inscriptiones omnes. Librarius scripturam imitatus est antiquiorem.

IOANNIS SCYLITZAE, Curopalatae excubiarumque (τῆς βίγλας) Drungarii, Compendium historicum, a morte Nicephori Imp. τοῦ ἀπὸ γενικῶν, ad creationem (ἀγόρευσιν) usque Alexii Comneni. Inc. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἄριστα μετὰ τοὺς παλαιούς f. 1. In imo margine eiusdem folii leguntur haec, mendose scripta: ἐσέβη εἰς τὴν πο^λλ' (πόλιν) ὁ σελιμπεϊς υἱὸς σουλεϊμένη (sic) ἐν μηνὴ σεπτεβρίου κγ. ἰνδικτιῶνος ἔτους ͵ζοδ, ἡμέρα β. — Exit historia in verba: ἐσχήνωσεν (Isaacius Comnenus) ἐν τῷ λοβιτζῷ περὶ τοὺς αὐτοῦ πρόποδας (ad ipsas montis radices)· ῥαγδαῖος δὲ ὄμβρος τῇ...

87. Chart. in f. min. saec. XV, fol. 152.

XENOPHONTIS Cyropaediae libri VIII, cum emendationibus plurimis lemmatisque ab ipsa librarii manu. Lib. I, f. 1. — VIII, f. 127.

88. Chart. saec. XVI-XVII, latina manu exaratus; fol. 70, quorum 1-63 in f., reliqua in 4. Folio praevio recto habentur haec: *Incerti AVCTORIS de toleranda propulsandaque obsidione. Ex antiquissimo Ms^to Mediceo.*

(Heronis III) de toleranda propulsandaque obsidione liber. Vid. Fabr. B. G. IV, p. 238 ed. Harl. Inscribitur: Ὅπως χρὴ τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντιτάσσεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ταύτην ἀποκρούεσθαι. Inc. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπαγορεύειν τὸν πολιορκούμενον f. 1. Des. Ἀλέξανδρον δεόμενος Ὀξυάρτην οἱ ἀναπέμψαι.

(Eiusdem) excerpta ex Tacticis. In margine: *Ex codice Mediceo.* Inscribitur opus, ut in cod. Pal. 393 f. 2: Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν πράξεων, nisi quod pro πράξεων Pal. praebet πκρατάξεων, praevio Heronis nomine, quod in nostro praetermittitur, ubi etiam initium paullo differt. Praemittitur index. Cap. I: Qualem deceat esse imperatorem. Inc. Ὅτι φιλοπονώτατον καὶ ὀξύτατον f. 29. Ultimum inscribitur Ναυμαχικά. Fine mutilum des. καὶ ἰδίους εἰς αὐτὰς ἐμβιβάσας καὶ κρα... Sequitur operis versio latina quae sistitur in capitulo XV: *Quomodo exercitus numerosior appareat.* Verba plurima erasa cum aliis permutavit titubans interpres.

89. Chart. in f. saec. XVI-XVII, fol. 39. « *Ex antiquissimo codice bibliothecae Barberinae* » (sic in folio praevio).

IULII AFRICANI Cestorum liber septimus, (de apparatu bellico), praevio indice. Prologus inc. Κατὰ λόγον, ἢ νόμον, ἢ εἱμαρμένην f. 1 v. Cap. I: Περὶ ὁπλήσεως; postremum: Περὶ φυλακῆς.

90. Chart. in f. min. bina manu saec. XIII, fol. 359, quorum plura, imprimis ultima, aquis deturpata. Ex codd. Io. Angeli Ducis ab Altaemps. Folia plurima transposita quem in locum sint reponenda, monitum est in margine. Inscriptiones omnes miniatae.

THEONIS aliorumque mathematicorum in Ptolemaei Magnam Syntaxin prolegomena, cum schematis. Folia 1-8 ab alia manu eiusdem aetatis, quae scholia etiam nonnulla in margine adiecit. Inc. Τὴν ἀστρονομίαν ἐν τοῖς πρὸς Σύρον γενεθλιαλογικοῖς τέτρασι βιβλίοις f. 1.

Canones astronomici, ceteris accuratiores. Inc. Ἐπειδὴ τὰς ἐφόλους ὡς ἔνι μάλιστα τοῦ ἀκριβοῦς ἕνεκεν δεῖ εἶναι f. 2 v.

CLAUDII PTOLEMAEI Syntaxeos mathematicae libri XIII, cum scholiis aliquot in duos priores, et schematis paucis ab initio, reliquis omissis, ad quae supplenda idoneum relictum est spatium. Praefigitur singulis libris index, primo excepto. Initium indicis, sua sede motum, in librum XIII quaerendum est folio 334 v. — Desunt inscriptiones pleraeque.

Lib. I. Prooemium inc. Πάνυ καλῶς οἱ γνησίως φιλοσοφήσαντες f. 9.

91. Chart. in f., fol. 350. Constabat olim sine dubio voluminibus duobus, quorum prius Iliadem complectebatur. Descriptus videtur post annum 1488, ex editione Homeri typis Demetrii Cretensis Florentiae impressa, quam emendandam curavit Demetrius alter Chalcondylas Atheniensis. — Folio praevio, a tergo, versus quinque priores Odysseae, latine. Inc. *Calentem dic, Musa, virum, qui moenia sacrae.*

HOMERI Odyssea, cum argumentis et monostichis f. 1. — Alicubi in margine interpretatio latina, litteris rubris, vocum homericarum, saec. XVI.

EIUSDEM Batrachomyomachia f. 298. — Hymni XXXII, quorum primus in Apollinem, f. 306, ultimus Εἰς ξένους.

Subscriptio librarii in extremo codice: ἡ τοῦ ὁμήρου ποίησις ἅπασα ἐκτυπωθεῖσα πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἐν φλωρεντίᾳ, ἀναλώμασι μὲν τῶν εὐγενῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ περὶ λόγους ἑλληνικοῦς (sic) σπουδαίων βερνάρδου καὶ νηρίου τανάϊδος τοῦ νερλίου φλωρεντίνων· πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι δημητρίου μεδιολανέως κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων ἑλληνικῶν ἐφιεμένων. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοστῷ ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ μηνὸς δεκεμβρίου ἐνάτῃ. Cf. Didot: *Alde Manuce*, p. 38 sqq.

92. Chart. in f. saec. XIV et XV, varia scriptus manu; fol. 173, quorum priora aquis maculata. — Folio primo, a tergo, varia manu saec. XVI, tria insunt epigrammata latina. I inc. *Cum mea me genitrix gravida gestaret in alvo.* II (Aeneae Sylvii) inc. *Delectat me Roma tuas spectare ruinas.* III inc. *Roma tamen genitis si sunt insignia saxa.*

(Varia PINDARI, HOMERI, HESIODI, AESCHYLI, THEOCRITI, IOANNIS EUCHAÏTENSIS):

PINDARI vita. Inc. Πίνδαρος τὸ μὲν γένος Θηβαῖος υἱὸς Δαιφάντου f. 2. — Prolegomena in P. Inc. Ἐπειδὴ λυρικός ἐστιν f. 2. — Olympia XIV, cum scholiis in margine et glossis inter lineas: Scholia in Ol. I inc. Ἄριστον. Τὰ μὲν ὑπερθετικὰ χωρὶς ἐκείνων f. 6. — II. Schol. inc. Ἀναξιφόρμιγγες ἤγουν ἄνακτες τῆς φόρμιγγος f. 11. — III. Sch. inc. Φιλοξένους λέγει αὐτούς f. 15. — IV. Sch. inc. Ὡς ἐπὶ ἵππου f. 18. — V. S. inc. Ὠκεανοῦ θύγατερ· τὴν Καμαρίναν λέγει f. 19 v. — VI. S. inc. Χρυσέας· ὥσπερ ὅτε θαυμαστὸν μέγαρον f. 21 v. — VII S. inc. Ταύτην τὴν ᾠδὴν ἀνακεῖσθαί φησι Γόργων f. 26. — VIII. S. inc. Ὦ ὀλυμπία μῆτερ, τουτέστιν αἰτία τῶν βραβείων f. 30. — IX. S. inc. Τὸ φωνῆεν ἤγουν f. 32 v. — X (XI). S. inc. Ἀνάγνωτέ μοι, ὦ παρόντες f. 36 v. — XI (X). S. inc. Ἔστι καιρὸς ὅτε f. 39 v. — XII. S. inc. Ὦ τύχη σώζουσα τοὺς ἀνθρώπους f. 40. — XIII. S. inc. Τὸν οἶκον ἐπαινῶν τοῦ Ξενοφῶντος f. 40 v. — XIV. S. inc. Ὦ χάριτες ἀοίδιμοι f. 44 v. Fine mutila Ode. Desunt glossae.

HOMERI Batrachomyomachia, cum scholiis in margine. Folia 45-50 suppleta saec. XV. Schol. inc. Ἕνεκα ἀντὶ τοῦ χάριν f. 45. — Iliadis libri II priores, cum scholiis copiosissimis: I. Sch. inc. Ὦ θεὰ Καλλιόπη· εἰπέ μοι ἀκριβῶς f. 51. — II. f. 70 v. Fine mutilus sistitur in medio libro, v. 493. Sequuntur nonnulla manu saec. XVI, de Coniugatione verbi μείρω.

HESIODI Opera et Dies, cum scholiis copiosis, non ubique tamen, et glossis aliquot inter lineas. Sch. inc. Ἰστέον ὅτι πάντα οἱ Ἕλληνες f. 83. — Hesiodi vita. Inc. Ἡσίοδος τὸ μὲν γένος ἐστὶν Ἀσκρηαῖος f. 83 v. Omissam nempe vitam supplevit librarius, iam incoepto poëmate. Folio 87 v. et 88 v. adumbravit manus recentior instrumenta aliquot rustica.

Aeschyli tragoediae III, cum scholiis, glossis inter lineas, et argumentis, praevia poetae vita: Vita inc. Αἰσχύλος ὁ τραγικὸς γένει μέν f. 108. Doctus quidam vir uncinis verba inclusit, quae apud Canterum desiderantur. — (Prometheus V). Scholia inc. Διὰ πολὺ τοῦ ὄρους ἐκάλεσεν αὐτὸ τηλουρόν f. 108 v. — (VII ad Thebas), omissa hypothesi. Sch. inc. Ὁ Ἐτεόκλης προλογίζει f. 123. Addidit alia scholiola inter lineas et e regione versuum manus diversa eiusdem saec. XIV. — (Persae). Sch. inc. Τάδε μὲν Περσῶν· τοῦτο δεικτικῶς οἷόν φησί τις πρὸς ἑαυτόν f. 138 v.

Theocriti idyllia IX priora, cum argumentis, scholiis et paraphrasi in margine, glossisque inter lineas. Idyllia nulla inscriptione inter se discernuntur, nec scholia a paraphrasi. Praemittuntur solita, nempe vita poëtae, nonnulla de Bucolicorum origine ac varietate, Artemidori distichon (omisso auctoris nomine), Theocriti in suum ipsius librum epigramma, varia denique de poëseos characteribus. — Id. I, f. 155. Scholia inc. (Τὸ) ἁδύ τινες λέγουσιν ὅτι ψιλοῦται f. 154. — II. S. inc. Στεφάνωσον τὴν κελέβην τῷ λεπτοτάτῳ f. 159 v., 167. — III. S. inc. Ἀπέρχομαι πρὸς τήν f. 161. — IV. S. inc. Τὸ ψε οἱ Δωριεῖς ἀντὶ σφε λαμβάνουσιν f. 162. — V. S. inc. Ἔστι δὲ ἡ σύβαρις f. 163. — VI. S. inc. Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ προδιαλέγεται f. 165. — VII. S. inc. Ἦν χρόνος ὁπότε ἐγώ τε f. 166, 169. — VIII. S. inc. Πυρρότρίχῳ· ἡ εὐθεῖα ὁ πυρρότριχος f. 170 v. — IX. S. inc. Ἀγελεῦνται· ἀγέλω ἀγελῶ (sic) ποιητικῶς τὸ ἀγελάζομαι f. 172. Clauditur f. 172 v. subscriptione: † ὁ δοῦλος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως ἀντώνιος ὁ ν. ταμουντανέργα: †

Ioannis (Euchaitensis metropolitae, seu Mauropodis) canones aliquot metrici, quibus vacua in codice spatia refersit manus saec. XIV exeuntis, ob atramenti pallorem lectu difficilis. — In S. Basilium, cum acrostichide: . . . ᾄδω Βασίλειον τὸν μέγαν, ὁ μοναχὸς Ἰωάννης f. 4 v. — In Chrysostomum. Acrost. Συνώνυμος μέλπει τὸ χρυσοῦν στόμα: οἰκτρὸς μοναχὸς οἰκέτης Ἰω(άννης) f. 5. Deest ode nona. — Fragmentum canonis in S. Nicolaum. Inc. ab extrema Oda prima: Μύρα σε τῆς Λυκίας f. 107. — In S. Petrum. Acrost. Μολπὴν ᾄδω σοι, Πέτρε, ταύτην ἑβδόμην ὕμνησιν. Ἰω(άννης) f. 107 v. Exit canon in odae VI principium. — In S. Georgium. Acrost. Γεωργίου μάρτυρος ὑμνῶ τοὺς ἄθλους· αἶνος Ἰω(άννου) f. 153. Ultima verba Odae IX a bibliopego mutilata. — In S. Blasium. Acrost. Βλαστοὺς ἀνυμνῶ τῶν πόνων τοῦ Βλασίου· ἐγὼ Ἰω(άννης) f. 172 v. Periere litterae plurimae, excisa a bibliopego ora extrema marginis. In fine codicis leguntur pauca nullius momenti, bina manu recentiore ἀτάκτως scripta.

93. Membr. in f. saec. XV manu latina scriptus; fol. 78. Folio praevio, a tergo, index orationum latinus.

Isocratis orationes XIII, cum lemmatis emendationibusque in margine a librarii manu: Ad Nicoclem regem f. 1. — Helenae encomium f. 2. —

Busiridis encomium f. 8. — Adversus sophistas f. 11 v. — Adversus Lochitam f. 13. — Evagoras f. 14 v. — Panegyrica f. 20. — Nicocles, seu auxiliaris f. 33 v. — Ad Euthynum ἀμάρτυρος f. 37 v. — Plataica f. 39. — Areopagitica f. 43. — De pace f. 48 v. — Panathenaica f. 58 v.

94. Chart. in f. saec. XVI, fol. 170, quorum ultima, inde a folio 144, eiusdem aetatis, latine a De Sanctis descripta. Folia plura madore deturpata.

Iuliani Imp. Misopogon seu Ἀντιοχικός; cum notulis et variis lectionibus in margine f. 1.

Nonni Abbatis opera III:

I. Collectio et interpretatio historiarum graecarum, quarum meminit Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri in S. Basilium f. 20. Prooem. inc. Οἱ τῶν ἔξω ῥήτορες. Histôriae sunt numero XXIV, quarum prima: De Pelope, postrema: De Mausolo Care.

II. Interpretatio historiarum, quas memorat Gregorius Naz. in Oratione in SS. Lumina f. 23. Sine prooemio. Historia I: De Iove; ultima seu XXIV[a]: De cultu animalium apud Aegyptios.

III. Collectio et explanatio historiarum, quas memorat Gregorius Nazianz. in utraque adversus Iulianum Imp. Invectiva. — Invectiva prior (f. 27) complectitur historias XCVIII, quarum prima: De Empedocle, Aristaeo, Empedotimo et Trophonio; ultima: De Iove ad pingue convivium currente. — Invectiva altera (f. 40 v.) historias continet tantum XXXIII, seu rectius XL, quarum ultima: De Prometheo, fine mutila, clauditur verbis διὸ τοῦτον θέλων τιμωρήσασθαι, ἐποίησεν αὐτόν. Desunt igitur praeter finem XL[ae] historiae, reliquae 41-43, spatio ad eas supplendas a librario relicto.

Philonis Iudaei, De eo quod deterius potiori insidiari soleat f. 48. Integrum opusculum sequuntur folia 69-71 sine scriptura.

Alypii Introductio musica, medio ac fine mutila. Inc. Τῆς μουσικῆς ἐκ τριῶν τῶν συνεκτικωτάτων ἐπιστημῶν f. 72. Omisit librarius finem capitis *De Aeolii modi notis in genere enharmonio*, et sequentis partem maximam. Opus praeterea, fine mutilum, exit in principium capitis *De Hyperphrygii modi notis*, et quidem in verba λ̄ καὶ ἡμιδέλτα τὸ πλάγιον, etsi sequitur subscriptio Ἀλυπίου εἰσαγωγῆς μουσικῆς τέλος.

Nicomachi Geraseni Pythagorici Harmonices Enchiridii libri II:

Lib. I (in capp. XII distinctus). Inc. Εἰ καὶ πολύχους καθ' ἑαυτὸν καὶ δυσπερίληπτος f. 84 v. Praeit capitum index, etsi per integrum librum nullis inscriptionibus capita inter se distinguuntur. Cap. I inscribitur in indice: Libellum hunc manualem esse ὑπόμνημα, seu commentarium in Harmonices elementa. Cap. XII, seu ultimum: De sonorum, secundum tria genera, progressione et divisione.

Lib. II, omisso capitum indice. Inc. Τὴν λύραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης f. 92.

HERONIS Alexandrini Pneumaticorum libri II:

Lib. I. Inc. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας f. 96.

Lib. II. Inc. Ἀγγείου κατασκευὴ τοῦ λεγομένου δικαιομέτρου f. 111 v. Subscribitur: Ἥρωνος πνευματικῶν τέλος.

EUCLIDIS Introductio harmonica, cum emendationibus in margine, ubi et supplentur verba omissa. Inc. Ἁρμονική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ καὶ πρακτική f. 120.

EIUSDEM Canonis sectio, cum schematis in margine. Inc. Εἰ ἡσυχία εἴη καὶ ἀκινησία f. 125 v. Subscriptio: Εὐκλείδου κανόνος κατατομή, Ζώσιμος διώρθου ἐν Κωνσταντίνου πόλει, εὐτυχῶς. Sequuntur folia 129 v.-130 sine scriptura.

ARISTOXENI Harmonicorum elementorum libri III. Liber primus fine, secundus initio mutilus, pluribus nempe foliis avulsis, ut etiam ex antiquis paginarum numeris liquet.

Lib. I inc. Τῆς περὶ μέλους ἐπιστήμης πολυμερῶς οὔσης f. 130 v. Clauditur verbis οὐδὲ τοιοῦτον οἷον μὴ δέχεσθαι λιχανόν... f. 137 v. (ed. Meibom. I, p. 426).

Lib. II inc.... τὸν (l. τὸ) εἰρημένον πρὸς τὸ ἐμμελῶς συγκεῖσθαι τὰ συστήματα f. 138 (ed. M. I, p. 54).

Lib. III inc. Τὰ ἑξῆς τετράχορδα ἢ συνῆπται ἢ συνδιέζευκται f. 139.

Latina:

GENTIANI HERVETI AURELII « oratio, quae interpretatur sextum canonem Concilii Chalced. situm in Gratiani Distinct. LXX, ex quo maxima ex parte pendet restitutio lapsae ecclesiasticae disciplinae, quod attinet ad creationem ministrorum Ecclesiae » (sic cod.). Oratio inc. *Credo ego auditores vos mirari* f. 144. Verba canonis in margine, ubi et auctorum nomina et adnotationes. — In clausula Herveti interpretationis subscriptio: *Approbo N. Mulot.* Sequitur praefatiuncula editoris, calami ductibus deleta. Inc. *Christiano lectori* καλῶς καὶ ὀρθῶς πράττειν. Enumerantur opera Clementis Alexandrini, Theodoreti Cyrensis, aliaque in latinum sermonem conversa. Praefationem subscripsit F. Maturinus Courtoys Carnutensis, Doctor Theologus. Infra leguntur verba: *De Sanctis scripsi et subscripsi.*

95. Chart. in f., a Gedeone anno 1446 exaratus. Olim Germani Brixii, dein Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis, Pauli filii, a. 1647; fol. 268.

DIONYSII HALICARNASSEI antiquitatum Romanarum libri VI-X f. 1. In margine lemmata graece et latine, alia manu quam Petavii.

Subscriptio librarii in extremo codice: † θεοῦ τὸ δῶρον καὶ τοῦ γεδεὼν πόνος †. † ἔτους, ἑξακισχιλιοστοῦ, ἐννακοσιωστοῦ (sic), πεντηκοστοῦ τετάρτου, ἰνδικτιῶνος ἐνάτης, μηνὶ μαρτίῳ, δεκάτῃ τρίτῃ †.

96. Membr. in 4, saec. XV, fol. 199. Olim Burdeloti.

XENOPHONTIS Oeconomicus, cum lemmatis graecis in margine alia manu saec. XVI, f. 1.

EIUSDEM Anabasis Cyri libri VII, cum lemmatis, ut supra, libris IV, V exceptis; f. 44.

Subscriptio ad calcem litteris rubris: † εἴληφε τέρμα ἡ ἀνάβασις κύρου: † δόξα τῷ θεῷ τῷ πάντων ζωοδώτῃ (sic).

97. Chart. in 4, saec. XIV exeuntis, litteris minutis admodum perspicuis, peritissima et eleganti manu exaratus; fol. 377. Olim Burdeloti.

PORPHYRII de vita Plotini, eiusque operum serie. Inscriptionem rubris litteris fere combibit charta. Inc. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος f. 1.

(PLOTINI opera LIV in Enneadas VI a Porphyrio distincta), praevio indice generali. Complectuntur singulae Enneades, quibus et suus praefigitur index, libros IX, quorum numeri in codice sese continenter excipiunt (α'-νδ'.).

Enn. I, lib. I: Quid animal et quid homo. Inc. Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι f. 18 v.

Enn. II, lib. I: De coelo (sic). Inc. Τὸν κόσμον ἀεὶ λέγοντες f. 56.

Enn. III, lib. I: De fato. Inc. Ἅπαντα τὰ γινόμενα f. 98 v.

Enn. IV, lib. I: De essentia animae. Inc. Τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν τίς ποτέ ἐστιν ζητοῦντες f. 158.

Enn. V, lib. I: De tribus substantiis potissimis, deque bono. Inc. Τί ποτε ἄρα ἐστί f. 224 v.

Enn. VI, lib. I: De generibus entis. Inc. Περὶ τῶν ὄντων πόσα f. 267 v.

98. Chart. in 4, bina manu saec. XVI exeuntis; fol. 82, quae ob chartam bibulam a tergo scriptura carent, exceptis f. 79-82 ex alio codice huc insertis. Folia 1-79 citato calamo ac pessime gallica manu scripta. Margines saepe cum scripturae detrimento a bibliopego excisi. — Foliis praeviis insunt: I. Schedula, folio primo adglutinata, in qua variae lectiones ad ignotum opus spectantes; II. Index in Codini librum de Officiis, transverse scriptus.

(GEORGII CODINI), sapientissimi Curopalatae, liber de officialibus aulae CPolitanae, et officiis magnae Ecclesiae. Sic codex, qui tamen, ordine inverso, a secunda parte incipit.

(Cap. I): De officiis magnae Ecclesiae. Inc. Ὁ μέγας οἰκονόμος κρατῶν f. 3. Des. ὁ ἐπὶ τῆς διποδίας (l. ποδέας) i. e. praefectus pavimenti, caudatarius.

(Cap. II): Nomina officialium aulae CPolitanae. Inc. a Despota f. 7.

(Cap. III): De tegumentis seu pileis et indumentis officialium, ac primum de ipso pileo Despotae f. 12. Desunt pauca in fine huius capitis, cum initio sequentis. Lacuna in codice punctis notatur.

(Cap. IV): De pileis et gestaminibus magni domestici et reliquorum principum; initio mutilum. Inc.... μετὰ τῶν κόμβων ἰνοκοπητῶν f. 16. Est et altera lacuna fere a principio.

(Cap. V): De singulorum officiorum ministeriis f. 26. Fine mutilum caput clauditur verbis ὅτι εἴ τινος τὰ κάστρα περιποιήσεως δέοιντο ἐπιμελεῖσθαι τοῦτο ... Desunt et sequentia capp. VI-XXII, etsi folium tantum 40 v. scriptura caret.

Georgii Codini excerpta ex libro chronico Hesychii de Originibus CPolitanis etc., fine mutila. Inc. Φασὶ μέν τινες Ἀργείους πρώτους f. 41. Sequentia folii 43 quaerenda sunt f. 51 sqq. Exeunt in verba τῶν δὲ χριστιανῶν ὀλίγαι τινὲς ὡς εἶπον.

Codini Excerptorum interpretatio latina, incerto auctore; fine mutila. Inc. *Quidam aiunt Argivos* f. 47. Clauditur verbis: *Sciendum autem palatium in arce fuisse.* Ultima folia versionem praebent e regione textus graeci positam, priora utrumque separatim.

Epitome temporum ab Adamo usque ad vigesimum annum piissimi Heraclii; (versio latina e graeco). Inc. *Adam primus hominum formatus est a Deo.* Desinit, fine mutila, in Salomone. Folia 77-78 sine scriptura.

Hesiodi vita (ex Ioanne Tzetze). Inc. Οὗτος ὁ Ἡσίοδος ἀσκραῖος σὺν τῷ ἀδελφῷ Πέρσῃ f. 79.

99. Chart. in 4, saec. XV a Ioanne quodam exaratus, fol. 232. Olim monasterii S. Nazarii de Verona, congregationis Casinensis; dein Nicolai Heinsii.

Homeri Odyssea, cum lemmatis in margine graecis et latinis, manu saec. XVI:

Raps. A, f. 1. — Inter f. 10 et 11 insertum est membranaceum folium sine scriptura, etsi nihil in Rap. Π deest. — Inde a Raps. Ξ desiderantur lemmata, uno excepto. Versus ibi omissi, in margine restituti sunt. — Clauditur Odyssea argumento metrico, quod senariis XIV constat. Inc. Φυγὼν Ὀδυσσεὺς τὸν μαχησμὸν Ἰλίου f. 232.

Subscriptio librarii in fine codicis, versibus iambicis XI:

Λιμὴν μὲν ἡδὺς, ἀλλὰ καὶ βίβλου τέλος.
Ἄμφω γάρ εἰσιν ἀνάπαυλα τῶν πόνων.
Ὡς ἡδὺ νηπίοισι μητρώας πέλει.
Θηλῆς γαλοκτόβλυστον (sic) ἕλκειν εὖ ῥύσιν·
Ξένοις βλέπειν τὲ ξὺν γονεῦσι πατρίδα·

Οὕτως τοῖς γράφουσιν ὕστατος στίχοις (sic):
Ἰωάννης γέγραφα τήνδε τὴν βίβλον,
Ἰωάννου μέμνησο, χερσὶν ὃς φέρεις·
Ἰωάννου τὰ χρηστὰ χριστέ μοι βλύσον,
Ἰωάννην ἄγνιζε ῥείθροις δακρύων·
Ἰωάννου τὸ βῆμα τὸ βρικτὸν (sic pro φρικτὸν) βλέπε.

100. Chart. in f. saec. XV, pagg. 364. — Folia quinque praevia sine scriptura. Sexto legitur recto: *Cuthebertus Londoniensis episcopus studiosis dono dedit*, et infra: *Nicolai Heinsii 100.* A tergo eiusdem folii, index graecus in Leonis Sapientis Constitutiones. Codex est absolutissimus.

Leonis Imperatoris Tacticorum breviarium, (τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις), in Constitutiones XX distinctum, quibus accedit ὑπόθεσις ἐν ἐπιλόγῳ. Sunt lemmata graeca in margine, quorum pleraque manu recentiore scripta. Singulae διατάξεις inscribuntur: Πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις, addito numero, et suum praeterea habent titulum, quo argumentum significatur.

Constitutio I: De re militari et imperatore p. 6. Praefigitur prologus, qui inc. Οὐ βασιλικὴ δορυφορία καὶ ἐξουσία p. 1. — C. II: Qualem oporteat esse imperatorem p. 8. — C. III: De divisione exercitus et praefectis constituendis p. 20. — C. IV: Quomodo consilium capiendum sit p. 37. — C. V: De apparatu armorum p. 40. — C. VI: De armatura equestri et pedestri p. 44. — C. VII: De exercitatione equestri ac pedestri p. 54. — C. VIII: De mulctis militaribus p. 78. — C. IX: De itinere exercitus p. 82. — C. X: De tuldo (i. e. impedimentis) p. 100. — C. XI: De aplectro (i. e. castris) p. 103. — C. XII: De apparatu bellico p. 115. — C. XIII: De die ante bellum p. 149. — C. XIV: De die belli p. 154. — C. XV: De obsidione p. 187. — C. XVI: De incursionibus post bellum p. 206. — C. XVII: De incursionibus inopinatis p. 211. — C. XVIII: De diversarum gentium et Romanorum studio in aciebus instruendis p. 237. — C. XIX: De navali proelio p. 277. — C. XX: Diversarum sententiarum militarium summa p. 298. — Argumentum in Epilogo p. 350. Exit in verba δέον ἀεί σε, ὦ στρατηγέ, τῇ πρὸς Θεὸν δεήσει σχολάζειν.

101. Chart. in 4, a. 1553 manu latina ex exemplari romano bibliothecae S. Petri descriptus; fol. 115. Olim Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis.

Achillis Tatii Alexandrini, de Leucippes et Clitophontis amoribus libri XVIII. Lib. I f. 1.

Subscriptio in fine: τὸ πρωτότυπόν ἐστὶν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τοῦ πανευφήμου πέτρου τοῦ ἀποστόλου ἐν ῥώμῃ· συνεργίᾳ τοῦ σοφωτάτου κυροῦ νικολ.

μαϊοράνου· ἐτελειώθη δὲ τῷ μαΐῳ μηνὶ τοῦ ͵αφνγ ἔτους (non ͵αφμς, ut vult F. Iacobs in Prolegg. ad Tatium, p. LXXXIII). Prototypon illud putabat idem vir doctus esse Vat. 114, bombyc. saec. XIII.

102. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 239. Olim Nicolai Heinsii.

(Demosthenis vita), auctore Libanio rhetore. Inc. Ἐπειδή, ἀνθυπάτων Μόντιε f. 1.

Demosthenis orationes selectae XIII, praeviis (Libanii) argumentis, et cum scholiis passim in margine. Inscriptiones omnes minio depictae:

I. Olynthiaca I. Argum. inc. Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης f. 7.

II. Olynth. II. Arg. inc. Προσήκαντο μὲν τὴν πρεσβείαν f. 12.

III. Olynth. III. Arg. inc. Ἔπεμψαν βοήθειαν τοῖς Ὀλυνθίοις f. 18 v.

IV. Philippica I. Arg. inc. Κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ f. 26.

V. De pace. Arg. inc. Μηκυνομένου τοῦ πολέμου τοῦ περὶ Ἀμφιπόλεως f. 35 v.

VI. Philippica II. Arg. inc. Παραινεῖ διὰ τούτου τοὺς λόγους f. 40 v.

VII. De Haloneso. Arg. inc. Οὗτος ὁ λόγος ἐπιγράφεται f. 47.

VIII. De rebus in Chersoneso gestis. Arg. inc. Ὁ λόγος οὗτος ὑπὲρ Διοπείθους f. 55.

IX. Philippica III. Arg. inc. Ἁπλῆ τοῦ λόγου τούτου ἡ ὑπόθεσις f. 67 v.

X. Philippica IV. Arg. inc. Καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν f. 79 v.

XI. De Rhodiorum liberatione. Arg. inc. Τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον f. 92 v.

XII. De corona. Arg. inc. Τεῖχος μὲν ὁ ῥήτωρ ὑπὲρ Ἀθηναίων f. 99 v.

XIII. De legatione male gesta, contra Aeschinem, omisso argumento f. 167 v.

(Aeschinis vita). Inc. Αἰσχίνης ἦν ἀνὴρ Ἀθηναῖος υἱὸς Ἀτρομήτου καὶ Γλαυκοθέας f. 238 v.

103. Chart. in 4, saec. XV et XVI, varia manu scriptus; fol. 174. Olim (Alexandri) Petavii, qui, praeter nomen, sententiam in principio et fine codicis scripsit: οἷς (sic) ἀτυχῶ, λίαν εὐτυχῶ.

(Diogenis Laërtii de vitis, placitis, dictisque ingeniosis eorum qui in philosophia claruerunt libri I-V. VIII-X). Desiderantur vitae plurimae, foliis multis avulsis; nonnullae initio et fine mutilae; nulla in codice librorum distinctio; omissae inscriptiones omnes, relicto ad eas supplendas idoneo spatio. Philosophorum series, mirum in modum turbata, sic est restituenda:

Lib. I. Thales f. 5, praevio prooemio f. 1. — Solon f. 10. — Epemenides f. 23. — Pherecydes f. 24 v. Ceteri desunt.

Lib. II. Anaximander f. 26. — Anaximenes f. 26 v. — Anaxagoras f. 27. — Archelaus f. 29. — Socrates f. 29 v. — Xenophon f. 68. — Aeschines et Aristippus f. 70 v. — Phaedo et Euclides Megarensis f. 55 v.

Lib. III. Plato f. 13. Initium deest. Continuatio folii 22 quaerenda est f. 43.

Lib. IV. Xenocrates f. 44. — Crates Tarsensis f. 48. — Crantor f. 49. — Arcesilaus f. 50. Ceteri desunt.

Lib. V. Aristoteles f. 35. Initio mutila vita. — Theophrastus f. 38. Deest finis, cum ceteris omnibus.

Lib. VIII. Superest tantum Pythagorae vita f. 55 v.

Lib. IX. Heraclitus Ephes. f. 65 v. — Xenophanes f. 80 v. — Parmenides et Melissus f. 81. — Zeno et Leucippus f. 81 v. — Democritus f. 82 v. — Protagoras f. 85 v. — Diogenes Apolloniates f. 86 v. — Diogenes Abderita f. 86 v. — Pyrrho f. 87, Desunt reliqui.

Lib. X. Epicurus f. 87 v.

(Laonici Chalcondylae, de rebus Turcicis) libri III-VII, IX, X. Nulla librorum notatio, qui plerique initio ac fine carent, foliis etiam pluribus sua sede motis.

Lib. III, cui multa ab initio desunt. Inc. Τῇ Ἀσυρίᾳ χώρᾳ, εἴτε ἐν τῇ Μύδων (sic) f. 139.

Lib. IV, in medio mutilus f. 147 v. Continuatio folii 154 quaerenda f. 123.

Lib. V f. 125.

Lib. VI, fine mutilus, f. 133. Des. οὗτος μὲν οὖν ὡς στρατὸν συνεγείρας ἦγε σπουδὴν ἐπὶ τοὺς οὐ . . . Continuationem folii 138 praebet f. 107.

Lib. VII, initio ac fine mutilus. Inc. . . . ταύτην μὲν οὖν ἐξέλιπον οἱ ἄνδρες f. 107. Des. καὶ οὕτω μὲν δὴ ταύτῃ οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλλοντο (sic).

Lib. IX f. 115. Superest tantum pars extrema, quae inc. . . . ὑπελείφθη· ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν ἐπεπόνθατε.

Lib. X, fine mutilus, f. 115. Des. ἄγονται δὲ καὶ ὑποζύγια πολλαπλάσια, πο . . .

Epistolae II anonymae, quarum prima, initio mutila et mendis scatens, inc. . . . ἀδελφιδοῦς κακοάλεξιος, ὑπὸ τοῦ ἐπεισεφρικότος f. 157. Altera inc. (Ἐ)κρύφθης ἐν ταῖς μορίαις f. 159 v.

104. Chart. in 8, varia manu saec. XV; fol. 199, inter quae nonnulla membranacea. Folia 148-199 descripsit Georgius Gregoropulus (Marci Musuri socer). Olim ex bibliotheca Nicolai Heinsii.

Phalaridis, tyranni Agrigentini, epistolae f. 1-25, 148 sqq. In inscriptionibus, rubris omnibus, hic et in seqq. iota mutum ad imitationem veteris scripturae constanter adscribitur: Ἀλκιβόωι, Τυρσηνῶι etc. — Epistola Abaridis ad Phalaridem legitur f. 198.

Apollonii Tyanei, philosophi Pythagorici, ad Musonium et alios epistolae f. 25 v. Inscriptionem vide f. 38 v. — Apollonii epistolis commiscentur binae Musonii ad eundem f. 25 v.; et singulae Claudii imperatoris ad

senatum Tyanensium f. 29 v., Garmi, regis Babylonii, ad Neogyndam, Indorum regem f. 83, Lacedaemoniorum ad Apollonium f. 83 v., Phraortis regis ad Iarcham f. 87 v., Vespasiani ad Apollonium f. 88.

